

Oblátis, quaesumus, Dómine placáre munéribus: et fámulum tuum N., quem pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluisti, assídua protectióne gubérna. Per Dóminum.

tuo servo N., che hai voluto scegliere come pastore della tua Chiesa. Per il nostro Signore Gesù Cristo...

Præfatio de SS.ma Trinitate.

Communio (Luc. 4,22) Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

Postcommunio Quos tantis, Dómine, largíris uti mystériis : quaesumus; ut efféctibus nos eórum veráciter aptáre dignéris. Per Dóminum... (2ª de S. Maria) Hæc nos cómunio, Dómine, purget a crímine : et, intercedénte beáta Vírgine Dei Genetríce María, cæléstis remédii fáciat esse consórtes. (3ª contra persecutores Ecclésiæ) Quaesumus, Dómine, Deus noster : ut, quos divína tríbuis participatióne gaudére, húmánis non sinas subjacére perículis. Per Dóminum. (Vel 3ª pro Papa) Hæc nos, quaesumus, Dómine, divini sacraménti percéptio prótegat : et fámulum tuum N., quem pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluisti; una cum commísso sibi grege, salvet semper et muniat. Per Dominum

Communio (Luc. 4,22) Tutti gli rendevano testimonianza ed erano meravigliati delle parole di grazia che uscivano dalla sua bocca.

Postcommunio. Ti preghiamo, Signore, consenti il godimento di questi misteri così grandi, affinché ci giudichi degni di prepararci sinceramente ai loro effetti Per il nostro Signore. (2ª di S. Maria) Questa comunione, Signore, ci purifichi dalla colpa: e, con l'intercessione della beata Vergine Maria Madre di Dio, ci renda partecipi dei rimedi celesti. (3ª contro i persecutori della Chiesa) Ti preghiamo, Signore nostro Dio, non lasciare che coloro ai quali hai concesso di gioire nella partecipazione divina soggiacciano ai pericoli umani. (Oppure 3ª per il Papa) Ti preghiamo, Signore, il sacramento divino ricevuto ci protegga, salvi e fortifichi sempre il tuo servo N., che hai voluto scegliere come pastore della tua Chiesa, col gregge a lui affidato. Per il Signore...

<http://introiboaldaltaredei.wordpress.com>

Proprium de tempore - Tempus ordinarium ante Septuagesimam

Dominica III post Epiphaniam

II Classis Viridis



Introitus (Ps 96, 7-8) Adoráte Deum, omnes Angeli ejus: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filíæ Judæe. (Ps. ibid., 1) Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. V/. Glória Patri. Adoráte..

Oratio Omnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius respice : atque ad protegéndum nos, dexteram tuæ majestátis exténde. Per Dominum. 2ª de S. Maria Deus, qui salutis æternæ, beátæ Mariæ virginitáte fecúnda, húmáno géneri præmia præstitísti: tríbue, quaesumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum. 3ª contra persecutores Ecclésiæ Ecclésiæ tuæ, quaesumus, Dómine, preces placátus admítte: ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérssis, secúra tibi sérviat libertáte. Per Dominum Vel 3ª pro Papa Deus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum N., quem pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluisti, propítius respice : da ei, quaesumus, verbo et exémplo, quibus præest, proficere; ut ad vitam, una cum grege. sibi crédito, pervéniat sempitérnam Per Dóminum nostrum..

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános (Rom. .

Introito Si prostrino a lui tutti gli dei! Ascolta Sion e ne gioisce, esultano le città di Giuda per i tuoi giudizi, Signore. Il Signore regna, esulti la terra, gioiscano le isole tutte. Gloria al Padre... Si prostrino.

Colletta Dio onnipotente ed eterno, guarda benevolo la nostra debolezza e proteggici con la forza della tua maestà.. Per il nostro Signore... 2ª di S. Maria Dio, che hai procurato all'umanità il premio della salvezza eterna per mezzo della verginità feconda della beata Maria, concedi, ti preghiamo, che sentiamo il potere della sua intercessione per noi, a t t r a v e r s o l a quale abbiamo meritato di ricevere l'autore della vita, il nostro Signore Gesù Cristo, Tuo figlio... 3ª contro i persecutori della Chiesa. Ti preghiamo, Signore, accogli benevolo le preghiere della tua Chiesa, affinché, distrutti tutti gli errori e le avversità, ti serva in libertà sicura. Per il Nostro Signore... Oppure 3ª per il Papa Signore, pastore e guida di tutti i fedeli, guarda benevolo il tuo servo N., che hai voluto scegliere come pastore della tua Chiesa: dagli, ti preghiamo, di procedere con la parola e con l'esempio affinché, insieme al gregge affidatogli giunga alla vita eterna. Per il nostro Signore...

12, 16-21) Nolite esse prudentes apud vosmetipsos : nulli malum pro malo reddentes : providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes : Non vosmetipsos defendentes, carissimi, sed date locum irae. Scriptum est enim : Mihi vindicta : ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum : si sitit, potum da illi : hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum . .

Graduale. (Ps. 101, 16-17). Timebunt gentes nomen tuum, Domine, et omnes reges terrae gloriam tuam. V/. Quoniam aedificavit Dominus Sion, et videbitur in maiestate sua.

Alleluja, alleluja. V/. Ps. 96,1. Dominus regnavit, exsultet terra, laetentur insulae multae. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Mattheum (Matth. 8, 1-13). In illo tempore : Cum descendisset Jesus de monte, secuta sunt eum turbae multae : et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens : Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens : Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra ejus. Et ait illi Jesus : Vide, nemini dixeris : sed vade, ostende te sacerdoti, et offer munus, quod praecipit Moyses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, et dicens : Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus : Ego veniam, et curabo

Dalla Lettera di S Paolo Apostolo ai Romani (Rom. 12, 16-21)

Non fatevi un'idea troppo alta di voi stessi. Non rendete a nessuno male per male. Cercate di compiere il bene davanti a tutti gli uomini. Se possibile, per quanto questo dipende da voi, vivete in pace con tutti. Non fatevi giustizia da voi stessi, carissimi, ma lasciate fare all'ira divina. Sta scritto infatti: A me la vendetta, sono io che ricambierò, dice il Signore. Al contrario, se il tuo nemico ha fame, dagli da mangiare; se ha sete, dagli da bere: facendo questo, infatti, ammasserai carboni ardenti sopra il suo capo. Non lasciarti vincere dal male, ma Vinci il male con il bene.

Graduale. Ps. 101, 16-17) I popoli temeranno il nome del Signore tutti i re della terra la tua gloria, quando il Signore avrà ricostruito Sion e sarà apparso in tutto il suo splendore.

Alleluia, alleluia V/. Ps. 96,1. Il Signore regna, esulti la terra, gioiscano le isole tutte. Alleluia.

Dal Vangelo secondo Matteo (Matth. 8, 1-13)

Quando Gesù fu sceso dal monte, molta folla lo seguiva. Ed ecco venire un lebbroso e prostrarsi a lui dicendo: "Signore, se vuoi, tu puoi sanarmi". E Gesù stese la mano e lo toccò dicendo: "Lo voglio, sii sanato". E subito la sua lebbra scomparve. Poi Gesù gli disse: "Guardati dal dirlo a qualcuno, ma va a mostrarti al sacerdote e presenta l'offerta prescritta da Mosè, e ciò serva come testimonianza per loro". Entrato in Cafarnaum, gli venne incontro un centurione che lo scongiurava: "Signore, il mio servo giace in casa paralizzato e soffre terribilmente". Gesù gli rispose:

eum. Et respondens centurio, ait : Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic : Vade, et vadit : et alii : Veni, et venit; et servo meo : Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus, miratus est, et sequentibus se dixit : Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno caelorum : filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores : ibi erit fletus, et stridor dentium. Et dixit Jesus centurioni : Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora..

Offertorium (Ps. 117, 16 et 17). Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me: non moriar, sed vivam et narrabo opera Domini..

Secreta Haec hostia, Domine, quaesumus, emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentisque sanctificet. Per Dominum... (2^a de S. Maria) T u a , Domine, propitiatio, et beatae Mariae semper Virginis intercessio, ad perpetuam atque praesentem hanc oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. (Per Dominum.) (3^a contra persecutores Ecclesiae) Protege nos, Domine, tuis mysteriis servientes: ut, divinis rebus inhaerentes, et corpore tibi famulemur, et mente. Per Dominum. (Vel 3^a pro Papa)

"Io verrò e lo curerò". Ma il centurione riprese: "Signore, io non son degno che tu entri sotto il mio tetto, di soltanto una parola e il mio servo sarà guarito. Perché anch'io, che sono un subalterno, ho soldati sotto di me e dico a uno: Va', ed egli va; e a un altro: Vieni, ed egli viene, e al mio servo: Fa' questo, ed egli lo fa". All'udire ciò, Gesù ne fu ammirato e disse a quelli che lo seguivano: "In verità vi dico, in Israele non ho trovato nessuno con una fede così grande. Ora vi dico che molti verranno dall'oriente e dall'occidente e sederanno a mensa con Abramo, Isacco e Giacobbe nel regno dei cieli, mentre i figli del regno saranno cacciati fuori nelle tenebre, ove sarà pianto e stridore di denti". E Gesù disse al centurione: "Va', e sia fatto secondo la tua fede". In quell'istante il servo guarì

Offertorio (Ps. 117, 16 et 17). La destra del Signore si è innalzata, la destra del Signore ha fatto meraviglie. Non morirò, resterò in vita e annunzierò le opere del Signore.

Segreta Ti preghiamo, Signore, l'offerta di questo sacrificio, ci spogli dalle nostre colpe, e santifichi le menti e i corpi dei tuoi servi per questa celebrazione. Per il Signore... ... (2^a di S. Maria) Attraverso la tua indulgenza, Signore, e l'intercessione della beata Maria sempre Vergine, questo sacrificio accresca per noi la pace e la prosperità. (3^a contro i persecutori della Chiesa) Proteggici, Signore, mentre serviamo i tuoi misteri, affinché, radicati nelle cose divine, ti serviamo con il corpo e con la mente. (Oppure 3^a per il Papa) Per questi doni offerti in sacrificio chiediamo, Signore, la tua benevolenza; e assiduamente guida il